UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Nomen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

Sect. I. *Hiſtorica huius Regionis.*

Nvm. I. *Nomen.*

Reperimvs primùm *Marchiam Italiæ* dictam eſſe, cuius & Principes dicti ſunt Marchiones, quorum initium quidam ad Carolum Magnum referunt: quare etiam in præſentiâ Dux Sabaudiæ hunc ſuis titulis adſcribit, *Marchio Italiæ.*

Dicitur etiam aliquando vno nomine totus hic tractus (ſi Comitatum Nicææ excipias, inquit Boterus) *Pedemontium*, quia ad radicem, ſeu pedem Alpium extenditur; complectitur tamen pleraſque alias regiones, quarum tibi ſynopſin offero, etiam ſequentibus profuturam.

PEDEMONTIVM LATIVS SVMPTVM.	PRINCIPATVS PEDEMONTII cum inſertis.	PEDEMONTIVM: *Turin.*
		MARCH. SEGVSINVS: *Suſe.*
		MARCH. EPOREDIÆ: *Yurée.*
		DOMI. VERCELLENSE: *Vercèil.*
	MARCH. SALVTIARVM: *Saluſſes.*	
	COM. ASTENSIS cum inſertis	C. Aſtenſis: *Aſte.*
		Colles Ligurum: *les Langhes.*
		March. Ceua: *Ceua.*
	MONSFERRATVS SABAVDICVS: *Trino.*	
COMITATVS NICÆÆ, cui inſeritur Com. Tendæ	VICARIATVS NICÆÆ: *Nice en Prouence.*	
	VICARIATVS BARCELLONÆ: *Barcilonette.*	
	VICARIATVS SOSPELLANVS: *Soſpello.*	
	VICARIATVS PVERINVS: *Poggîet.*	
	VALLIS S. STEPHANI: *San-Steſſano.*	

Nvm. 2. *Quantitas huius ditionis.*

Tota hæc Regio, hoc eſt Pedemontium latè ſumptum vnà cum Nicææ Comitatu, inter Alpes, Ducatum Mediolanenſem, & oram Genuenſem iacet.

Longitudo eius deſumpta à Monte Cenifio *le Mont Cenis*, ad confluentias ferè Seſſiæ Fl. Gradum vnum complectitur cum quadrante